



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 7. Friderici Palatini epistola ad Schwicardum Electorem ac Moguntinum
Archiepiscopum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

excidio, fermentique Papisici reproductio- Sæc. XVII.
ne excutere nunquam poterit? Postea Fri- A. C. 1624.
 dericus odium in se ob interceptas, quas
 ad Bethlenium dederat literas, conce-
 ptum amoliri satagit, id quidem ve-
 rum fuisse, haud negavit, in dubium
 tamen vertit, an ignotorum caracte-
 rum interpretes rerum sensum assecuti,
 testari potuerint, quod contra Cæsa-
 rem Turcas, Tartarosque evocarit;
tametsi autem, ajebat Fridericus, pere-
grina undecunque auxilia erogarem, quis,
cui synciput sanum, id vitio dabit: in eos
vero, qui dedita omni opera Pontificatus
exaltationem, rei vero Evangelicæ oppres-
sionem moliantur, omnium malorum causa
rejicietur, nulla ergo ex parte, quo ex
periculosa Bavari irreptione communis res
Evangelica acerbius vulnerari queat, con-
cedite. Iisdem pene rationum stimulis
 Fridericus Brandenburgicum & Wirtem-
 bergicum ad arma concitabat, suum
 vindicandi studium Religionis obtentu
 contegens.

§. VII.

Friderici Palatini epistola ad Schwi-
cardum Electorem ac Mogun-
tinum Archiepiscopum.

Acerbiori adhuc stylo Fridericus in
 Electorem Moguntinum inveheba-
 tur, hæc perscribens: *In tantum pro-*
vehen-

Sæc. XVII. vehentæ Romanæ, Hispanicæque potentia, A. C. 1624. machinæ, argutiæque Jesuiticæ invaluerunt, eousque sub introductionibus barbarorum populorum, communis patriæ & regiones & leges proculcatae sunt, damnumque fere ineluctabile patiuntur, ut a feris hæc tragica nequidem nepotibus satis digne desleri queant, tantum abest, ut emendari possint. Profecto privati commodi captatio, & avaritiæ ignobile nomen, illud ad fastigium videtur pervenisse, ut etiam regnare passim, & dominari, animadvertatur. Quæ in præsentiarum omnia, ne enarrando dolorem faciam illum meum etiam graviolem, lubens in medio relinquo.

Posteaquam vero exploratum habeo, quam sub prætextu Sanctitatis, ac voti nuncupandi nuper Bruxellas suscepis, id genus inusitati processus insolentia ut confirmaretur, simul atque inferioris Palatinatus mei partem, Intuergorum præfecturam, ut prævento favore Hispanico, interciperes, crede mihi, non admodum magna ac singulari nominis tui cum laude, hanc sive victoriam, sive prædam, retulisti. Dum igitur fideles subditos meos severa sub lege, in verba tua jurantes adegisti, ne eoipso, quanta cum sollicitudine has illas istas manubias sectatus esses, manifestari cæptum est. Qua de re non est, ut super hoc reatu connivere, aut commemorasse possim, ejusmodi aliquid Electores Palatinos

Latinos de Archiepiscopis Moguntiacis un-Sæc. XVII.
 quam promeritos esse. Esto enim (quod A. C. 1624.
 nullo modo conceditur) ullam præ mani-
 bus esse prætensionem, quæ in Intuergos
 stringi possit! An idcirco præteritis Im-
 perii juribus, ac legibus, hoc rerum statu
 perturbatissimo, dum vis & arma pro
 legibus sunt, captare oportebat? An E-
 lector præcipuus & quidem Imperii Archi-
 cancellarius, mallet armis & obreptioni-
 bus, quam Imperii Constitutionibus uti,
 injustamque causam injusto magis & ini-
 quissimo procedendi modo deteriore red-
 dere? Ne igitur silentium forte meum velut
 in consensum trahi potuisset, legitimæ, ac
 solemnæ protestationis loco, in præsentia-
 rum hoc interponendum fuit, donec com-
 modior hoc illegitimum propositum consu-
 tandi detur occasio. Neque enim hoc il-
 lud fundamentum censendum venit, super
 quo aut constantia, aut bona fides ædifi-
 cari queat. Hæc Fridericus ad Electro-
 rem Moguntinum, Imperii Cancellari-
 um, quem tamen causæ æquitas, &
 probata agendi ratio ab hac injusta cri-
 minatione abunde vindicaverat.

§. VIII.

*Sacerdotes Catholici Angliæ Regis
 jussu ex Anglia, Scotia & Hi-
 bernia ejecti.*

B 3

Resti-